



CXXXI

Congregatio generalis centesima trigesima prima habita est die 20 septembris 1965, feria II, hora nona ante meridiem. Interfuerunt 2206 Patres, nempe 79 cardinales, 3 patriarchae, 7 primates, 339 archiepiscopi, 1628 episcopi, 10 abbates nullius, 16 praelati nullius, 40 praefecti apostolici, 84 superiores generales.

Ante Missae celebrationem exc.mus P. D. Iacobus Le Cordier, ep. tit. Priensis, subsecretarius Ss. Concilii, Patres monuit circa Missae celebrationem.

Missae de Spiritu Sancto celebrata est, ritu romano, ab exc.mo P. D. Fremiot Torres Oliver, ep. Poncensi in insula Portoricensi. Chorus Cappellae Sixtinae exsecutus est cantus.

S. Evangelii codicem super paratum thronum statuit exc.mus P. D. Ioannes Krol, arch. Philadelphiensis Latinorum, Ss. Concilii subsecretarius.

Secretarius generalis intimavit: *Exeant omnes*, et em.mus P. D. card. Eugenius Tisserant, una cum Patribus, recitavit orationem *Adsumus...*

Promulgato nomine moderatoris congregationis, em.mi P. D. card. Gregorii Petri Agagianian, secretarius generalis annuntiavit obitum exc.mi P. D. Emmanuelis Trindade Salgueiro, arch. Eborensis in Lusitania. Em.mus P. D. card. Eugenius Tisserant, alternatim cum Patribus, recitavit *De profundis...* cum oratione.

Dein secretarius generalis legit epistolam, quam em.mus card. Decanus proponit, nomine Patrum conciliarium, ad Summum Pontificem mittere, ad gratias agendas pro institutione Synodi episcoporum.

Demum legit nomina Patrum, qui loqui petierant circa schema declarationis *de libertate religiosa*.

Ad loquendum ex ordine vocati sunt: em.mi PP. DD. cardd. Ioseph Lefebvre, arch. Bituricensis; Stephanus Wysziński, arch. Gnesnensis et Varsaviensis, Rufinus Santos, arch. Manilensis, Ioseph Beran, arch. Pragensis, Owen McCann, arch. Civitatis Capitis, Laurentius Shehan, arch. Baltimorensis, Agnellus Rossi, arch. S. Pauli in Brasilia, Michael Browne, Ioseph Cardijn; exc.mi PP. DD. Marcellus Lefebvre, arch. tit. Synnaddensis in Phrygia, Ioannes Gran, ep. Osloensis, Antonius Añoveros, ep. Gadicensis et Septensis, Thomas Muldoon, ep. tit. Fesseitanus, aux. Sydneyensis.

Durante disceptatione, peractae sunt sex suffragationes circa schema *de divina revelatione*.

Secretarius generalis proclamavit exitum suffragationum: I (284): praesentes votantes 2199, *placet* 2175, *non placet* 19, *placet iuxta mo-*



dum (nullum) 1, vota nulla 4; II (285): praesentes votantes 2183, *placet* 2180, vota nulla 3; III (286): praesentes votantes 2071, *placet* 2049, *non placet* 20, vota nulla 2.

Intimata proxima congregatione generali habenda, sequenti die, hora 9, repositus est S. Evangelii codex et em.mus P. D. card. Eugenius Tisserant preces *Agimus... Angelus...* recitavit. Congregatio finita est hora 12,25.

CXXXII

Congregatio generalis centesima trigesima secunda habita est die 21 septembris 1965, feria III, hora nona ante meridiem. Interfuerunt 2257 Patres, nempe 79 cardinales, 3 patriarchae, 7 primates, 345 archiepiscopi, 1671 episcopi, 11 abbates nullius, 16 praelati nullius, 41 praefecti apostolici, 84 superiores generales.

Missa de festo S. Matthaei apostoli et evangelistae celebrata est, ritu romano, a rev.mo P. Basilio Heiser, ministro generali Ordinis Fratrum Minorum Conventualium. Schola Collegii Seraphici Fratrum Minorum Conventualium et schola Cappellae Sixtinae cantus exsecutae sunt.

Codicem S. Evangelii statuit super paratum thronum exc.mus P. D. Vilelmus Kempf, ep. Limburgensis, subsecretarius Ss. Concilii.

Secretarius generalis intimavit: *Exeant omnes*, et em.mus P. D. card. Eugenius Tisserant, una cum Patribus, orationem *Adsumus...* recitavit.

Secretarius generalis promulgavit nomen moderatoris congregationis, em.mi P. D. card. Gregorii Petri Agagianian, et communicavit nomina cardinalium comitum Summi Pontificis ad consessum Nationum Unitarum die 4 octobris 1965.

Dein annuntiavit distributum iri relationem exc.mi D. Gabrielis Garrone circa schema constitutionis pastoralis *de Ecclesia in mundo huius temporis*; atque legit nomina Patrum, qui loqui petierant circa schema *de libertate religiosa*.

Item communicavit exitum suffragationum IV-VI, quae pridie peractae erant circa schema *de divina revelatione*: IV (287): praesentes votantes 2079, *placet* 1822, *non placet* 3, *placet iuxta modum* 248, vota nulla 6; V (288): praesentes votantes 2068, *placet* 2049, *non placet* 15, vota nulla 4; VI (289): praesentes votantes 2122, *placet* 2071, *non placet* 49, vota nulla 2.

Ad loquendum circa schema *de libertate religiosa* ex ordine vocati sunt: em.mi PP. DD. cardd. Henricus Dante; Journet; exc.mi PP. DD. Adam Kozłowiecki, arch. Lusakensis; P. Paulus Muñoz Vega, ep. tit. Ceramensis, coad. s.d. Quitensis.